



Formulare instrumento[rum]

Köln, 28. Januar 1502

Collatio beneficij vacan[tis] p[er] [con]tractu[m] matrimonij

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70749](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70749)

Folium XXIX

Ingressum vacent et vacare noscant ad prius. Nos volentes tibi premissorum meritorum intuitu gratiam facere specialem canonicatum et prebendam predictos sic ut premissis vacant cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinentiis suis tibi auctoritate nostra ordinaria preferimus et assignamus ac puidemus etiam de eisdem et te coram nobis constitutum in corpalem possessionem seu quasi canonicatum et prebendam iuribus et pertinentiis predictorum per anulum nostri tractatorem inducimus et inuestimus. etiam de eisdem prebendam per te per nos et.

Collatio beneficii vacantis per contractum matrimonij

Thanes dei gratia etc. ut supra. Cum itaque parochialis ecclesia. n. loci de. n. qua nup. dilectus noster. n. de. n. ipsius ecclesie rector obtinebat et eo vacet et vacare noscant ad prius quod dictus. n. matrimonium per prebendam de prebenda legitime cum quadam muliere contraxit illudque secundum morem patrie solenniter et per carnalem copulam consummavit. Nos volentes tibi premissorum meritorum intuitu gratiam facere specialem canonicatum et prebendam predictos sic ut premissis vacantes cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinentiis suis auctoritate nostra ordinaria preferimus et assignamus ac puidemus etiam de eisdem vel de eadem etc. Juxta qualitate beneficii ponat eisdem eadem vel eodem.

Collatio beneficii patrimonialis filio non patrimoniali facta ob defectum filij patrimonialis

Thanes dei et apostolice sedis gratia episcopus. A. dilecto filio. A. clerico nostre diocesis familiaris nostro primo consiliario Salutem in domino sempiternam. Sciat per te nobis exhibita familiaritatis obsequia que nobis habere impediti et pertinuis vigiliis et laboribus impedere non desistis. Nec non vite ac more honestas aliaque laudabilia multiplicium virtutum merita quibus personam tuam iuvare percipimus nos inducunt ut tibi ad gratiam literales simus. Cum itaque laudabilibus ac inemorabili tempore et citra retis et observatis constitutionibus et consuetudinibus nostre diocesis caueat quod filij naturalibus siue patrimonialibus vulgariter nuncupatis in beneficiis ecclesiasticis siue heremitorij in eadem diocesi fundatis siue constitutis non existentibus episcopo pro tempore possit beneficia ecclesiarum et heremitoria personis dum tamen idoneis quibus voluerit preferre et de eis libere disponere. Et sicut accepimus in ecclesiis siue heremitorij. n. n. n. nostre diocesis filij naturales siue patrimoniales de presenti non existant. Nos volentes te premissorum meritorum intuitu favore presequi gratioso. omnes et singulas ecclesias siue heremitoria predictas cum omnibus iuribus et pertinentiis suis predicta nostra ordinaria auctoritate tibi preferimus et de illis ac de eorum singulis per unius byrreti capituli tuo impositionem gratiose puidemus ac regimen et administratorem eorum tibi plenarie committimus. Et nihilominus hanc serie vniuersis et singulis presbyteris et clericis ac alijs quibuslibet ecclesiasticis personis nostre diocesis cuiuscumque dignitatis status gradus ordinis vel conditionis existant que vigore presentium fuerint requisita committimus et mandamus quatenus te vel procuratorem tuum ad hoc a te specialiter constitutum in corpalem realem et actualem possessionem vel quasi ecclesiarum siue heremitoriorum iuribus et pertinentiarum predictorum possident et inducant ac ab alijs quantum in eis fuerit poni et induci faciant et inducunt defendant. amoris ex illis quibuslibet illicitis detentoribus.